LAMPAS, SIVE
FAX ARTIVM LIBERALIVM,
HOC EST,
THESAVRVS CRITICVS,

IN QVO INFINITIS LOCIS THEOlogorum, Iuriſconſultorum, Medicorum, Philoſophorum, Oratorum, Hiſtoricorum, Poetarum, Grammaticorum, ſcripta ſupplentur, corriguntur, illuſtrantur, notantur,

Tomus Quintus.

Ex otioſa Bibliothecarum cuſtodia erutus, & foras prodire iuſſus,

A IANO GRVTERO.

Cum Indice & Locorum & Memorabilium.

Es de la libreria del colegio viejo de S. Bartholome mayor de Salamanca.

PRODIT FRANCOFVRTI,
E Collegio Paltheniano, Sumtibus Ionæ Rhodii Bibliopolæ.
M. DCV.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ILLVSTRIBVS AC GENEROSIS FRATRIBVS DOMINO STEPHANO, DOMINO NICOLAO TEOKELIIS BAronibus *Hereditariis in Keiſmarck; Dominis in Tſaunik, Ranovitza, &c. Ianus Gruterus.*

CVM animo meo ſæpius obuerſaretur, ſingularis illa perilluſtris Domini parentis veſtri, Hungariæ ſuæ primarii Sideris, beneuolentia, veſter item præter ſimilem affectum, incōparabilis præterea & amor & dignatio: quarum inſtinctu factum eſt, vt, tu quidem Domine Stephane, integrum triennium ab ore meo publice pependeris, auditor plus quā aſſiduus, tu vero Domine Nicolae, etiamnum pendeas, tranſmiſſus huc ante annum a magno patre, tanquam fratri optio ſuccidaneus: perpetuam mihi notam ſuſtinendā putaui, niſi qualicunq; ſignificatione, animi mei gratitudinem atque obſeruantiam & familiæ veſtræ priuatim, & ceteris mortalibus omnibus publice teſtatam facerē. Quapropter cum priores collegii critici tomos, primæ nobilitatis adoleſcentibus, iiſq;

)(2

LAMPAS, SIVE
FAX ARTIVM LIBERALIVM,

HOC EST,

THESAVRVS CRITICVS,

*IN QVO INFINITIS LOCIS THEO-
logorum, Iuriſconſultorum, Medicorum, Philoſophorum, Ora-
torum, Hiſtoricorum, Poëtarum, Grammaticorum,
ſcripta ſupplentur, corriguntur, illuſtran-
tur, notantur,*

Tomus Quintus.

Ex otioſa Bibliothecarum cuſtodia erutus,

A IANO GRVTERO.

Cum Indice & Locorum & Memorabilium.

PRODIT FRANCOFVRTI,
Sumptibus IONÆ RHODII Bibliopolæ.
M. DC. VII.

ILLVSTRIB. AC GENEROSISS.

DN. CHRISTOPHO-RO, DN. MAVRITIO,

FRATRIBVS GERMANIS

GANS,

LIB. BARONIBVS IN PVTLITS, &c.

Electoratus Brandenburgici Mareſchallis hereditariis, S. P.

VOLEBAT Cleanthes, *indoctos ſolâ formâ differre à brutis*; vulgoque alioqui fertur, *illiteratos tantũ diſcrepare à literatis, quantum Deus ab hominibus*. obuium eſt & illud: *Neq; in piſcibus vox, neq; in indoctis quærenda virtus*. quæ prouerbia profectò nunquam perennaſſent in ore omnium, niſi multum traxiſſent à vero; imò niſi ipſum eſſent verum. Et ſanè non dubitat ſcribere Ariſtoteles: *Velut corpus valetudine, ſic animus ſeruatur diſciplinâ atque eruditione*. quod ipſum ſic interpretatur Seneca: *Si Philoſopharis benè eſt: valere enim, hoc demum eſt. ſine hoc, æger eſt animus, corpus quoque. etiamſi magnas habet vires; non aliter quàm furioſi aut frenetici validum eſt*. Sed & aſſeuerat, magnus à Græciâ Imperator, Baſilius: *Quemadmodum Sol cùm ſuper terram non lucet, obſcura ſunt omnia atq; indiſcreta: ita in animo nullâ eruditione, nullis literis imbuto, confuſa atque inordinata iacent vniuerſa*. Adeo vt mirum